



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Dies festi in Deiparæ honorem decreti, ibidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

diligamus, ac summa animi demissione veneremur; de ejus bonis intima animi lætitia eidem gratulemur in nostris, quibus premimur angustijs, fidenter ad eam accurramus, dicamusque suppliciter, *Monstra te esse matrem*. Et quoniam, ut rectè monet Cyprianus de bono patientiæ, seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres, diuina ope adiuti pro nostra virili parte, eam imitari, eique nonnulla obsequia deferre studeamus. his enim sex actuum generibus, Amore, Reuerentia Congratulatione, Fiducia, imitatione, atque Obsequijs, pietatem ac deuotionem erga Virginem constare, Deo bene propitio in secunda hujus operis parte plenius ostendemus; interim hæc indicasse satis sit.

Cyprian.

Pietatis
sanctus
erga Deiparam
maximus
apud
omnes.

Cap. 34.

QVÆNAM ECCLESIA IN DEIPARA honorem facienda decreuerit.

Quomodo
Ecclesia
Deiparam
gloriam
prosequatur.

Sed videamus, quæ nam Ecclesiæ à Spiritu sancto edocta, ad gloriam tantæ Virginis, quam Dei, ac Domini sui Genitricem non tantum agnoscit, ac prædicat, sed etiam veneratur, ac colit, à qua tot, tantisque beneficijs identidem cumulatur, faciendâ præscripserit. Quæ quidem omnia ad dies celebres in ejus honorem dicatos, ad Tempia ei erecta, denique ad Complura alia in ejus cultum sancita revocari possunt.

DIES FESTI IN DEIPARÆ GLORIAM decreti.

Dies festi
in honore
Deiparæ.

ET sanè si de diebus in Deiparæ honorem institutis loquamur, præter Sabbatum singulis recurrentibus hebdomadis Deiparæ di-

catum de quo infra in hoc capite plenius, plura in ejus cultum festa sunt instituta, siue spectes ea, quæ in Ecclesiâ uniuersali, siue ea, quæ in peculiariibus Regnis, & Urbibus, vel etiam in Religiosorum hominum familijs celebrantur. ut de sanctissima Virgine sub typo Judith dictum intelligamus, illud Judith 16. *Erat autem illa diebus festis procedens cum magna gloria: ubi vox illa, Procedens, hoc est pergens, & ultra se extendens, innuere videtur Deiparam ferijs, festisque augeri in dies, quod experientia satis est compertum: ut propterea Cant. 6. dicatur progredi quasi Aurora consurgens, quæ magnis per singula momenta incrementis, magis, magisque clarescit. quod ipsum Ildefonsus sermo. 7. de Assumpt. in cedro Libani de Deipara significatum tradit: Hac est, inquit, qua ut Cedrus Libani quotidie in terra multiplicabitur, arborabiturque ramus, & in celo radicebus, ut crescat amplius, solidatur. sic ille. Et certe Judæis olim præscriptum erat Numer. 28. ut Nouilunij recurrentibus Calendarum, seu Neomeniæ solemnitate aucto sacrificio numero celebrarent, eamque tubarum cantu Num. 10. festiuorem redderent. quare Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba, in insigne die solemnitatis vestra, quia præcipium in Israël est. Hujusmodi verò Neomeniæ festum ex Toletio in Joannis capitul. septimo. ann. 2. licet institutum esset in memoriam perpetuæ diuinæ gubernationis, & in gratiarum actionem propter beneficia, quæ à præpotenti Deo percipiuntur toto tempore, quod luna, à qua menses, & annos Judæi computabant, menstruo suo decursu metiebatur; simulque ex Augustino lib. 19. contra Faustum cap. 10. Hac noua luna celebratio nouam creaturam, qua per Christum facta est prænucciaret. Idem tamen Neomeniæ festum singulis mensibus recurrentis figura etiam fuisse videtur festorum, quæ à populo Christiano summa cum alacritate aliquando celebranda erant in honorem Deiparæ, quæ pulchra ut Luna prædicatur. Et merito noua Luna nullis veteris Euxæ maculis inquinata appellari potest, cujus intercessione, & meritis plurima à Christo Domino in humanum genus abundè, ac iugiter promanant beneficia: quare ad ea recolenda, & ad gratias de ijs Christo agendas complures festi dies in Deiparæ honorem instar illius antiquæ solemnitatis Neomeniæ magna cum pietate sunt*

Indit. 16

Cant. 6.

Ildefonsus

Num. 28.

Psal. 80.

Tolet.

August.

Cant. 6.

sunt inflicti, & ingenti cum læticia fidelium recoluntur. Si enim Ethnici vana Idolorum errore decepti in honorem matris Deum, (quæ tamen tot potentia genuisse ab ipsidem credebatur) æquinoctii verni diem colentes, nempe octavo calendæ Aprilis (quo sol diem nocte longiorem protendit) Hilaria (teste Macrobio lib. 1. Saturnalium cap. 21.) appellarunt, quorum Vobiscus in Aureliano meminit, eaq̃ue indicare videtur S. Dionysius Areopagita Epist. 8. quanto verius, quantoque iustius omni exultatione, & hilaritate beatissimæ Virginis festa, quæ vera Dei parens est, celebrabimus præsertim eius Annunciationis diem, quæ in octauum calendæ Aprilis incidit, cum Angelo nunciante Deum concepit, & veram hilaritatem, ac gaudium mundo attulit; quemadmodum pluribus cap. 5. ostendimus. Hinc vox illa Ecclesiæ in Deiparæ festis. *Cum iucundata Conceptionem, & Natiuitatem B. Maria celebremus*: hæc enim festa, vt eadem canit Ecclesiæ: *Gaudium annuntiauerunt vniuerso mundo.*

Cæterum inter veteris legis Neomenias, & Deiparæ festa, hoc discriminis intercedit, quod in illis luna hæc vt potè sensu, ac ratione carens, ad diuina beneficia conferenda nulla ratione concurrebat, ab ea tamen denominatione, & centum festiuium tempus sumebatur; quia Iudæi tempus, quo à Deo ea præcipiebantur, lunæ motu, vt dixi, distinguebant, ac numerabant; & idcirco festa illa ad solius Dei, non autem nouæ lunæ cultum referebantur. At verò ad Dei beneficia, & mysteria, quæ in Deiparæ festis commemorantur, ipsa suis precibus, & meritis, vel aliqua alia interdum ratione est cooperata; quare & festa illa in Dei gloriam, & Deiparæ etiam honorem sunt sancita.

12. Porò octo festiuitates ecclesiæ peculiariter in eiusdem sacratissimæ Virginis gloriam sub duplici officio omnibus celebres esse iussit, nimirum Conceptionis eius, Natiuitatis, Præsentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis. Festum denique quod vocant ad Nives, ex quibus Assumptionis ieiunium vigiliæ præmittit, festaque Assumptionis, & Natiuitatis, cum octauis solemniter peragenda statuit. His octo addere possumus, & nonam festiuitatem, nimirum olim S. Mariæ ad Martyres, quam Bonifacius IV. circa annum 607. celebrem, & Generalem

quotannis die 27. Maij Romæ agendam instituerat: Gregorius verò Quartus ab vniuersali ecclesiæ die 1. Nouembris in honorem omnium Sanctorum cum octaua seruandam decreuit; quemadmodum in Martyrologio die 27. Maij, & 1. Nouembris legimus. in qua festiuitate Deiparæ inter omnes Sanctos præcipue honoratur: vt propterea sanctus Antoninus inter Deiparæ festa festiuitatem omnium Sanctorum sibi existimari recensendam. quin etiam idem S. Antoninus in 4. part. tit. 15. c. 24. §. 3. agens de multiplici honore, quo Ecclesiæ Deiparam venerat, animaduertit ab Ecclesiæ in beatissimæ Virginis reuerentiam quotannis processionem in die Purificationis fieri, quemadmodum in Christi cultum fieri solet in pie palmarum, totque numero festiuitates Deiparæ esse dicatas, quot & Deo: Octo, in-

quæ sunt solemnitates particulariter Deo sub tali festo sacrata, scilicet Natiuitatis Domini, Circumcisionis, Epiphania, Resurrectionis, Ascensionis, Trinitatis, Pentecostes, & Corporis Christi: & totidem sunt celebratae Virgini sanctissimæ dedicata: scilicet Conceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis festum ad Nives: Octauum est festum, quod antiquitus dicebatur sanctæ Mariæ ad Martyres postea est institutum in honorem omnium Sanctorum, in qua solemnitate beatissima Virgo ex præcipue omnium Sanctorum honorata. hæc ex S. Antonino, qui non memorat festum Præsentationis Deiparæ, quod tamen celebratur, & respondere potest festo Transfigurationis Christi, cuius neque meminit. quod cum S. Antoninus hæc scriberet, Callistus Tertius, (qui ex Platina illud celebrandum præscripsit) tamen eadem tempestate sederit, nondum tamen eius officium instituisse videatur. Quamquam aliquot Deiparæ festa ad Christum pertinent; nam Virginis annunciatio Christi Conceptio est; & eiusdem Purificatio, Domini præsentatio; sicuti Christi Natalis, Deiparæ partus est. Cæterum circa Dei Genitricis festa, vt ad aliqua magis peculiariter descendamus, sciendum est inter feriatos dies in Ecclesiæ sancitos (quibus Gregor. IX. Extra. de ferijs ca. vlt. à strepitu iudiciorum cessandum esse decernit) recenseri & festa Deiparæ his verbis. *Et dies, inquit, festiuitatum omnium Virginis gloriose. in quod*

caput Canonis, & præsertim Ioan. Andr. Panorm. circa annum 607. celebrem, & Generalem

Solemnitate festo sacrata, scilicet Natiuitatis Domini, Circumcisionis, Epiphania, Resurrectionis, Ascensionis, Trinitatis, Pentecostes, & Corporis Christi: & totidem sunt celebratae Virgini sanctissimæ dedicata: scilicet Conceptionis, Natiuitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis festum ad Nives: Octauum est festum, quod antiquitus dicebatur sanctæ Mariæ ad Martyres postea est institutum in honorem omnium Sanctorum, in qua solemnitate beatissima Virgo ex præcipue omnium Sanctorum honorata. hæc ex S. Antonino, qui non memorat festum Præsentationis Deiparæ, quod tamen celebratur, & respondere potest festo Transfigurationis Christi, cuius neque meminit. quod cum S. Antoninus hæc scriberet, Callistus Tertius, (qui ex Platina illud celebrandum præscripsit) tamen eadem tempestate sederit, nondum tamen eius officium instituisse videatur. Quamquam aliquot Deiparæ festa ad Christum pertinent; nam Virginis annunciatio Christi Conceptio est; & eiusdem Purificatio, Domini præsentatio; sicuti Christi Natalis, Deiparæ partus est. Cæterum circa Dei Genitricis festa, vt ad aliqua magis peculiariter descendamus, sciendum est inter feriatos dies in Ecclesiæ sancitos (quibus Gregor. IX. Extra. de ferijs ca. vlt. à strepitu iudiciorum cessandum esse decernit) recenseri & festa Deiparæ his verbis. *Et dies, inquit, festiuitatum omnium Virginis gloriose. in quod*

Plat in d.

Joan. Andr. Panorm. circa annum 607. celebrem, & Generalem



Hofienf. & Panorm. animaduertunt feftiuitates omnes Virginis (vt loquitur Panor.) esse in præcepto, & principaliter esse quatuor, secundum quatuor anni tempora; scilicet Annunciationem in Vere, Assumptionem in æstate; Natiuitatem in Autumno, Purificationem in Hyeme: *Quæ, inquit Hofien. sunt ad modum lapidum pretiosorum, & corona in anni circulo collocatæ*: quibus verbis indicat totius anni tempora Virginis solemnitatibus ornata, atque munita, ideoque omnibus anni temporibus à fidelibus debitum illi cultum tribuendum.

*Virginis
festa anni
tempora
decorant.*

*Quatuor
alia vir-
ginis solem-
nitate.*

23. His quatuor feftiuitatibus Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis accedunt, vt dixi, quatuor alie solennitates, quas in Virginis Deiparæ honorem Ecclesia vniuersalis magna omnium pietate celebrat, Conceptionis nimirum immaculatæ, Præsentationis in Templo, Visitationis ad S. Elisabeth, & festi, quod vocant ad Niues.

Quibus adnectenda sunt & alia Deiparæ festa quæ peculiare ob causas, vel apud certas religiosorum virorum familias, vel certis in Regnis, aut Diocæsisbus solemniter instituta sunt, de quorum singulis aliqua quidem in præfenti perstringenda forent Verùm ne huiusmodi caput plus æquo excrescat, quæ de ijs vberius dicenda essent, in peculiarem tractatum ad finem totius operis congesimus. Hic eorum Elenchum tantum adscribemus, quo ea saltem generatim indicentur.

De Sabbatitamen Deiparæ dicati institutione antiquissima, & de eiusdem institutionis causis in hoc capite differemus, tum quia id cap. 12. pollicenti sumus, tum etiam, quia ea occasione quædam explicantur, quæ ad rem præsentem facere potissimum visa sunt.

ELENCHVS FESTORVM DEIPARÆ

in quibus debet recolantur, de eorum uero singulis plenus in Tractatu de Festis.

*Festi dies
in Deiparæ
honorè.*

Conceptio immaculata Deiparæ celebratur 8. Decembr.
Natiuitas eiusdem cum octaua die 8. Sept.
Præsentatio in templo die 21. Nouembr.
Annunciatio die 25. Martij.
Visitatio Dei genitricis ad S. Elisabeth die 2. Julij.
Purificatio die 2. Febr.

Assumptio Deiparæ cum præcedenti vigilia, & octaua die 15. Augusti.

Festum S. Mariæ ad Niues 6. Augusti.

Festum omnium Sanctorum 1. Nouemb.

COMPLURA DEIPARÆ FESTA, quæ variis in locis celebrantur.

Desponsatio Deiparæ 22. Ian. in Gallijs.
Dedicatio sanctæ Mariæ ad Martyres Romæ 13. Maij.

Expectatio partus Deiparæ 18. Decembr. in Hispania.

Festum Deiparæ à Constantinopoli, seu Ogidria, quod feria tertia Pentecostes celebratur.

Sancta Maria Angelorum, seu Portiuncula die 2. Augusti.

Sancta Maria à Carmelo die 16. Julij.

Commemoratio sanctæ Mariæ de Victoria die 7. Octobris.

Et festum Rosarij Dominica 1. Octobr.

Festum dolorum Deiparæ.

Festum Gaudiorum Deiparæ.

Festa duo dispositionis vestium Deiparæ in Vibe Constantinopolitana die 2. Julij, & die vlt. Augusti.

Solemnitas Recollectionis festorum Deiparæ Louanij Dominica 1. Sept.

SABBATVM DEIPARÆ PERPETVO dicatum, & à quo tempore.

13. **S**ancta Christi ecclesia à Spiritu sancto sedocta, suam erga Deiparam pietate, atque obseruantiam testatur, non tantum quamplurimum, ut supra diximus, solennitatibus annuersario ritu in eiusdem honorem institutis: verum etiam singulis recurrentibus hebdomadis, sabbati die perenni cultu eidem dicato, vt quemadmodum dies Dominica Christi Resurrectioni, & feria sexta eiusdem passionis: ita & sabbatum Deiparæ solemne est, quo die præter missas, & diuina officia, quæ de eadem celebrari publicè solent, fideles aliquid peculiare pro sua quisque in Virginem pietate priuatim præstare student: complures enim eo die non solum veteri Ecclesiæ præcepto à carnibus abstinent, sed maiorem etiam in Virginis honorem ciborum abstinentiam sibi imperant, aliatque corporis castigationes, vt potè cilicium, flagellorum diuerbe.

*Cultus
Deiparæ
die sabbati
ab Ecclesia
dicatur.*